

Papsturkunden in Frankreich. Band 5: Touraine, Anjou, Maine und Bretagne., Nr. 182

LVCIVS episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis leprosis de Fixa communem uitam ducentibus salutem et apostolicam benedictionem. Cum manu domini sitis incurabili morbo afflicti, tanto fortius uobis debet apostolicum adesse presidium, quanto minus uos potestis a prauorum incursu pro infirmitatis debilitate tueri. Hac itaque consideratione rationis inducti afflictioni uestre paterno compatientes affectu presentibus litteris duximus indulgendum, ut de ortis et nutrimentis animalium uestorum nulli teneamini decimas exhibere. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Dat. Velletri XI kal. aprel.